tocius eccleſie edificacionem contulerunt. Sa
ne diebus iſtis cum ſint tota diligencia circa
queſtus intenti . preſumptione probabili cre
di poteſt ſi per antropoſpatos ſermo fiat . de
um circa eos minorem ſollicitudinem gerere .
quos de ſua promiſſione perpendit diffidere.
in humanis prouidencijs ſpem habentes . cor
num non conſiderantes nec lilia . quos paſcit
et veſtit altiſſimus . Danielem et abacuck
cocti pulmenti diſcoferū nō penſatis nec hely
am recolitis . nunc in deſerto per angelos nūc
intormento per cornos nunc in ſarepta per vi
duam . largitate diuina que dat eſcam omni
carni tempore oportuno . a famis ĩedia libera
tum . Climate miſerabili vt timetur deſcen
ditis . dum diuine pietatis diffidentia . pru
dencie ꝓprie producat innisum . Innisus ve
ro ꝓpe prudēcie ſollicitudiēꝫ generat terrenoꝝ
Sollicitudo q̊ꝫ nimia terrenoꝝ amorē adimit
tā libroꝝ ꝙ ſtudioꝝ . ⁊ ſic cedit pauꝑtas hodie
ꝑ abuſū ī verbi dei diſpēdiū quā ſolū ꝓpt ipiꝰ
ad miculū elegiſtis vncinis pomoꝝ vt populꝰ

fabulatur pueculos ad religionem attrahitis・
quos professos doctrinis non instruitis・ vi et
metu sicut exigit etas illa・ Mendicatiuis dis
cursib; sustinetis intendere atq; tēp⁹ in q̄ pos
sent addiscere in captandis fauoribus amicoꝝ
consumere sinitis in offensam parentum・ pue
rorum periculum ⁊ ordinis detrimentum・ Sic
q; nimicū contingit・ q̄ qui paruuli addiscere
minime cogebantur inuiti grandiores effecti
docere presumant indigni penitus et indocti・
Et paruus error in principio maximus fit in
fine Et sic namq; in grege vestro promiscuo・
laycorum quedam multitudo plurium onerosa
Qui tamen se ad predicationis officium tanto
inprobi⁹ ingerunt・ q̄to minus ea que loquū
tur intelligunt・ in cōtemptum sermonis domi
ni et in perniciem animarum Sane contra le
gem in boue et asino arates・ cū doctis et indoc
tis culturam agri dominica committitis pari
passu Scriptum est・Boues arabant et asine
pascebantur iuxta eos・ Quoniam discretorū
est predicare・simplicium vero per auditum sa
cri eloquij sub silencio se cibare Quot lapides
mittitis in aceruū mercurij hijs dieb⁹・ quot
enuchis sapiencie nupcias procuratis・ quot
cecos speculatores sup ecclesie muros circuire

precipitis · O piſcatores inertes · ſolis retib;
alienis vtentes · qui rupta vix emperice refici
tis · noua vero nullatenus connodatis · Alioꝝ
labores intratis · Aliorum ſtudia recitatis · a
liorum ſapienciam ſuperficialiter repetitis ·
theatrali ſtrepitu labiatis · quemadmodum
pſitacus · ydeota auditas voces effigiat · ſic ta
les recitatores ſiunt omnium · ſed nullius audi
tores · aſinam balaā ymitantes que licet in
trinſecus inſenſata lingwa tamen diſerta fac
ta eſt tam domini q̄ꝫ prophete magiſtra · Reſi
piſcite pauperes criſti · et nos libris inſpicite
ſtudioſe · ſine quibus in preparatione ewan
gelij pacis · numq̄ꝫ poteritis debite calciari ·
Paulus apoſtolus predicator veritatis et doc
tor eximius gencium · iſta ſibi per thimothe
um pro omni ſuppellectili tria iuſſit afferri ·
penulam · libros et membranas · prima thy
mothei vltimo · viris ewangelicis formam
prebens vt habitum deferant ordinatum · li
bros habeant ad ſtudendi ſubſidium · Et mē
branas quas apoſtolus maxime ponderat
ad ſcribendum · Maxime inquit et membra
nas · Reuera mancus eſt clericus · Et ad
multarum rerum iacturam turpiter quidem
mutilatus · qui · · autem · artis · ·

ſcribendi totalit̃ ē ignar9 Aerem vocibus verbe
rat et p̄ntes tantum edificat · abſentibus et
poſteris nichil parat · Atramentarium ſcrip
toris geſtabat vir in renibus · qui frontes ge
mentium thau ſignabat ezechielis nono · inſi
nuans figuratē · quia ſi quis ſcribendi pericia
careat · predicandi penitentiam · offitium non
preſumat · Tandem in preſentis calce capituli
ſupplicant vobis libri · iuuenes neſcios · ingeni
o aptos · ſtudijs applicare neceſſaria miniſtrā
tes · quos non ſolummō veritatem verum ⁊ diſ
ciplinam et ſcientiam doceatis · verberibus ter
reatis attrahatis blandicijs molliatis muniſ
culis et penoſis rigoribus · vt et ſocratici mo
rib9 et doctrinis pypatetici ſimul fiant · Heri
quaſi vndecima · vos diſcretus paterfamilias
introduxit in vineam · ante ſero penitus pige
at ociari Vtinam cum prudenti villico · mendi
candi tā improbe verecundiam haberetis · Tūc
enim proculdubio nobis libris et ſtudio ꝓpē
ſius vacaretis Capitulum vij · Deploratio
deſtructionis librorum per bella et incendia ·

acis auctor et amator altiſſime · diſſipa
gentes bella volentes · que ſuper omnes
peſtilentias libris nocent Bella namqꝫ caren
tia rationis iudicio · furioſos efficiunt īpetus

in aduerſa et dum racionis moderamine non
vtuntur ſine differencia diſcrecionis progreſ
ſa vaſa deſtruunt rationis . Tunc prudens
appollo plutoni ſubicitur . et tunc froneſis pa
ciens mater fit freneſis et ī freneſis redigitur
poteſtatem . Tunc pennatus peſagus ſtabu
lo coridonis includitur ⁊ facundus mercurius
ſuffocatur . Tunc pallas prudens erroris
mucrone tunditur et iocunde pierides crutulē
ta furoris tyrannide ſupprimuntur . O crude
le ſpectaculum . vbi phebum philoſophorum
ariſtotilem cui in omnibus dominij domin⁹ ip
ſe commiſit dominium . ſcelceroſis manibꝫ vin
culatum ferramentis infamibus compeditum
laniſtarum humeris a ſocratis edibus cernit̄
aſportari . Et qui in mundi magiſtratu ma
giſterium atqꝫ ſuper imperatorem imperium
meruit obtinere . iniuſtiſſimo iure belli . vide
res ſubici vili ſarre . O poteſtas iniquiſſima
tenebrarꝫ que platonis nō veretur peſſundare
diuitatē pbatam . qui ſolus aſpectui creatoris
prius q̄ bellātis chaos placaret litigiū ⁊ ante
q̄ ylen endelechia induiſſꝫ . ſpecies ydeales ob
icere dignus fuit vt mundum architipū demō
ſtraret auctori ⁊ de ſuperno exemplo mundus
ſenſibilis duceretur O lacrimoſus ītuitus quo

moralis ſocrates cultus actus virtus · et ſermo
doctrina · qui de nature principijs policie pro
duxit iuſticiam · vicioſi viſpilionis addict? vi
detur ſeruituti · Pitagoram plangi? armonie
parentem cum contritibus furijs flagellatum
atrociter vice cantus · gemitus edere cobumbi
nos · Miſeremur zenonis principis ſtoycorum
qui ne cōſilium proderet linguam morſu ſecuit
et expuit in tyrannum intrepide · heu iam rur
ſus a dyomerita tritus · in mortario piſtilla
tur Certe nō ſufficimus ſingulos libros · luctu
lamentari condigno · qui in diuerſis mundi p
tibus bellorū diſcrimine perierūt Horribilē
tamen ſtragem · que per auxiliares milites ſe
cundo bello allexandrino contigit in egipto ſti
lo flebili memoramus vbi decem milia volumi
nū ignibus conflagrarunt · q̄ ſub regib? ptho
lomeis per multa curricula temporum ſūt col
lecta · ſicut recitat agillius noctium acticarum
libro ſexto ca · xvi · Quanta proles athlātica
tunc occubuiſſe putabitur · orbium motus om
nes cōiūctiones planetarum galaxie naturam
et generationes prenoſticas cometarū et que
cumq; in celo fiunt vel ethere cōprehendētes ·
Quis tam infauſtum holocauſtū · vbi loco cru
oris incauſtū offertur · nō exhorrētur · Prune

cadentes pargameni crepitantis ſangwine ve
nabantur · Ubi tot innocencium milia in quo
rum ore non eſt īuentum mendacium flamma
vorax conſumpſit · Ubi tot ſcrinia veritatis e
terne · ignis parcere neſciens in fetentem cine
rem commutauit · Minoris facinoris eſtima
tur tam pepte q̄ agomenis victima vbi pia fi
lia virgo patris gloria iugulatur · Quot la
bores celebris herculis · tunc periſſe putamꝰ
qui ob aſtronomie periciam collo flexo celum
deſcribitur ſuſtuliſſe · cum iam ſecundo hercu
les flammis ſit iniectus · Archana celorum ·
que ionāchus non ab homine neqꝫ per homi
nem didicit ſed diuinitus inſpiratus accepit ·
queqꝫ zoroaſtes germanus eiuſdem immundo
rum ſeruitor ſpirituum deſeruit · que eciā ſanc
tus ēneck pthi prefectus priuſq̄ transferretur
de ſeculo prophetauit · ymmo queꝫ primus a
dam filios docuit vt raptus ī extaſi ī libro eter
nitatis ꝑuiderat flammis illis nephandis · ꝓ
babiliter eſtimantur eſſe deſtructa Egipcioꝝ r̄
ligio quā libꝰ logoſtalios ſic ꝯmendat egregie
polios veterꝝ atheāꝝ q̄ cū milibꝫ ānoꝝ athenis
grecie ꝑceſſerāt carmiā caldeoꝝ ꝯſideratioēs a
rabū ⁊ īdoꝝ cerimoīe iudeoꝝ architecta babiloī
oꝝ noe georgica moiſi ꝑſagia Joſue placīmeta

ſamſonis enigmata · ſalomonis ꝓbleumata a
cedro libani vſqȝ ad yſopum planiſſime diſpu
tata · eſculapij antidota cadimi gramatica p.na
ſi poemata appollinis oracula · argonancica ia
ſonis · ſtrategematō palmedis et alia infinita
ſcienciarū ſecreta · huiuſmodi incendijs credū
tur ſublata Nūquid ariſtotilem de circuli qua
dratura ſilogiſmus apodicticō latuiſſet · ſi li
bros veterum methados nature tocius habēci
um permiſiſſent nephanda prelia ſupereſſe ·
Nec de mundi eternitate probleuma neutrū
feciſſet nec de intellectuū humanorum plurali
tate eorumqȝ perpetuitate vt veriſimiliter cre
ditur dubitaſſet ullatenus · ſi perfecte ſcienci
e veterum inuiſorum bellorum preſſuris obnox
ie non fuiſſent Per bella namqȝ ad patrias
peregrinas diſſipamur obtruncamur · vulne
ramur et enormiter mutilamur · ſub terra fo
dimur in mari ſubmergimur · flammis exuri
mur et omni necis genere trucidamur · Quā
tum ſanguinis noſtri effudit ſcipio bellicoſus
cum euerſioni carthaginis romani imperij im
pugnatricis et emule anxius incumbebat ·
Quot milia milium prelium decēnale troianū
ab hac luce tranſmiſit Quot per anthonium
tulio iam occaſo · externarum prouinciarum

latebras adierunt . Quot de nobis per theo
dricum exul ante boecio . in diuerſa mundi cli
mata . ſicut oues percuſſo paſtore ſunt diſper
ſi . Quot ſeneca ſuccumbente neronis malicie
cum et nolens et volens portas mortis adiret
ab eo diuiſi retroceſſimus lacrimantes . et in
quibus partibus hoſpitari deberemus ignorã
tes . Felix fuit illa librorum tranſlatio . quã
in perſas de athenis xerſes feciſſe deſcribitur
quos turſus de perſis in athenas ſeleucus re
duxit . O gaudium graciosum . o mira leticí
a . quam tunc cerneres in athenis . cum proli
ſue genitrix obuiaret tripudiãs . matris qȝ
thalamum ſeneſcenti iam ſobili . denuo demon
ſtraret reaſſignatis hoſpicíjs veteribus inqui
linis . Mox tabulata cedrina . cum lignis
et trabibus leuigatis aptiſſime complanan
tur . auro et ebore epigramata deſignantur
camerulis . quibus ipſa volumina reuerenter
illata ſuauiſſime collocantur ſic vt nullum al
terius ingreſſum impediat . Vel propinquita
te vero nimia fratrem ſuum ledat . Cete
rum quidem infinita ſunt diſpendia . que per
ſediciones bellorum . librorum generi quip
pe ſunt illata . Et quoniam quidem infinita
nullatenus . . . . transgredi . atque . . . . . .

pertranſire cōtingit· hic finaliter ſtatuemꝰ
querimonie noſtre gades et ad preces quibus
incepimus regiramus habenas· rogantes ſup
pliciter vt rector olimpi· ac mundi tociꝰ diſpē
ſator altiſſimus firmet pacem ⁊ bella remoue
at· ac tempora faciat ſua protectione tranq̄l
la· Capitulum viij de multiplici oportunita
te auctoris in colligendis libris circūquaq;
um omni negocio tempus ſit ⁊ oportuni
tas vt teſtatur eccleſiaſtes octauo capi·
iā progredimur enarrare multiplices oportu
nitates· quibus in acquiſitione librorum pro
poſita· diuinitate propicia iuuabamur Quam
uis enim ab adoleſcencia noſtra ſemper ſpeci
alem ſocialemq; comunionem cum viris litte
ratis et librorum dilectoribus delectaremur
habere ſuccedētib; proſperis· regie maieſtatis
conſecuti noticiam et in ipſiꝰ acceptati famili
a· facultatem ſuſcepimus ampliorem vbilibet
viſitandi pro libitu ⁊ venandi· quaſi ſaltus q̊ſ
dam delicatiſſimos· tū priuatas· tū comunes·
tū regularium· tū ſecularium librarias· Sane
dum inuictiſſimi principis· ac ſemper magnifi
ce triumnhantis· regis anglie eduardi tercij
poſt cōqueſtum cuius tempora conſeruare dig
netur altiſſmus diutine et tranquille· primo

primo quidem ſuam concernentibus curam de
inde rempublicam regni ſui · cancellarij ſcilicȝ
ac theſaurarij fungeremur officijs · preſtaba
tur nobis auditus facilis regalis fauoris intui
tu · ad librorum latebras libere perſcrutādas
Amoris quippe noſtri fama volatilis iam vbiȝ
percrebuit tantumqȝ librorum et maxime vete
rum · ferebamur cupiditate langueſcere poſſe
vero quemlibet noſtrum per quaternos facili
us ꝙ̃ per pecuniam adipiſci fauorem · Quam
obrem cum ſupradicti principis recolende me
morie bonitatis ſuffulti · poſſemus obeſſe et
prodeſſe proficere et officere vehementer tam
maioribus ꝙ̃ puſillis affluxerunt loco encenii
orum et munerum · locoqȝ donorum ⁊ iocalium
cenulenti quaterni ac decrepiti codices · noſ
tris tam aſpectibus ꝙ̃ affectibꝰ preciosi · Tūc
nobiliſſimorum monaſteriorum aperiebātur
armaria · reſerebantur ſcrinia · et ciſtule ſolue
bantur · et per longa ſecula in ſepulchris ſo
porata volumina expergiſcuntur · attomata
queque in locis tenebroſis latuerunt · noue
lucis radijs perfunduntur · Delicatiſſimi
quondam libri corrupti et abhominabiles iā
effecti · murium quidem fetibus cooperti · et
vermium morſibus terebrati · iacebant ··

examimes· Et qui olim purpura veſtiebantur
et biſſo· nūc in cinere et cilicio recubantes ob
liuione traditi videbantur domicilia tinearū·
Inter hec nichilominus captatis temporibus
magis voluptuoſe conſedimꝰ· ꝙ feciſſꝫ medicꝰ
delicatus inter aromatum apothecas vbi amo
ris obiectum reperimus et fomentum· Sic ſa
cra vaſa ſciencie ad noſtre diſpēſationis per
uenerunt arbitrium · quedam data · quedam
vendita· ac nōnulla pro tempore accōmodata
nimirum cum nos pleriqꝫ· de huiuſmodi dona
rijs cernerent contentatos · ea ſponte noſtris
vſibus ſtuduerunt tribuere quibus ipſi libenci
us caruerunt· ꝙ ea que noſtris aſſiſtentes ſꝰ
uicijs abſtulerunt ·Quorū tamen negocia ſic
expedire curauimus graciose ·vt eiſdem emo
lumentum accreſceret · nullum tamen iuſticia
detrimentum ſentiret Porro ſi ciphos aureos
et argenteos ·ſi equos egregios ſi nūmorum
ſūmas non modicas amaſſemus·tunc·tempo
ris diues nobis erarium inſtauraſſe potuiſſe
mus· Sed reuera libros non libras maluimꝰ
codices que plꝰ dilexïmꝰ ꝙ florenos· ac pan
fletos exiguos faleratis pretulimꝰ palefredꝭ·
Adhuc eiuſdem principis ſempiterne memo
rie legationibus crebris ſūcti ⁊ ob multiplicia

regni negocia · nunc ad ſedem romanam · nūc
ad curiam Francie · nunc ad mundi diuerſa do
minia tedioſis ambaſſiatibus et periculoſis
temporibus mittebamur circumferentes tamē
illam · quam aque plurime nequierūt extingue
re caritatem librorum · Hec enim peregrina
tionum abſynthia quaſi quedam pigmentari
a dulcorauit · Hec poſt pplexas intricatioēs
et ſcrupuloſos cauſarum amfractus · et vix e
greſſiſibiles reipublice laborintos ad r̄ſpiran
dum pauxper temperiem aure lenis aperuit ·
O beate deꝰ deorū i ſyon quantꝰ fluminis īpe
tus voluptatis letificauit cor noſtrum · quoci
ens paradiſum mundi pariſiꝰ viſitare vacaui
mus moraturi vbi nobis ſemper dies pauci ꝑ
amoris magnitudine videbantur · Ibi biblio
tece iocunde ſuper cellas aromatum r̄dolentes
Ibi virens viridarium vniuerſorum volumi
num · Ibi prata achademica terremotu tremē
cia · athenarum paripatheticorum diuticula ·
peraſi promunctoria et porticus ſtoycorum ·
Ibi cernitur tam artis q̄ ſciencie menſurator
ariſtotiles · cuius eſt totum quod eſt optimum
in doctrinis in regione duntaxat tranſmutabi
li ſublimari · Ibi ptholomeus ephycyclos
et ecentricos · auges atque genzachar ·

planetarum· figuris et numeris emetitur Ibi
paulus archana reuelat· Ibi dyoniſiꝰ iherar
chias coordinat ⁊ diſtinguit Ibi quidquid ca
dinus gramatice recollegit phenices· totū vir
go carmentis caractere repreſentat latino Ibi
reuera theſauris apertis et ſacculorum corri
gijs reſolutis· pecuniam leto corde diſperſimꝰ
atqꝫ libros impreciabiles· luto redemimus et
arena· Nequaq̄ malum eſt inſonuit omnis ēp
tor ſed ecce q̄ bonum et q̄ iocūdum· arma cle
ricalis milicie congregare in vnū· vt ſuppetat
nobis vnde hereticorū bella conteremus ſi inſur
gant· Amplius opportunitatem maximam· nos
captaſſe cognoſcimus per hoc ꝙ ab etate tene
ra magiſtrorum et ſcolarium· ac diuerſarum
arcium profeſſores quos īgenij perſpicacitas
ac doctrine celebritas clariores effecerāt· re
legato quolibꝫ parciali fauore· exquiſitiſſima
ſollicitudine noſtre comitiue coniūximus· Quo
rum conſolatiuis colloquijs cōfortati nunc ar
gumentorum oſtenſiuis inueſtigationibꝫ· nūc
phiſicorum proceſſuum ac catholicorum docto
rum tractatuum recitationibus velut multipli
catis et alternatis ingenij ferculis dulcius fo
uebamur· Tales in noſtro tyrocinio cōmilito
nes elegimus· tales in thalamo collaterales

habuimus tales ĩ itinere comites · tales ĩ hoſ
picio commenſales · et tales penitus in omni
fortuā ſodales · verꝫ q̃a nulla felicitas diu dura
re permittitur priuabamur nōnumq̄ꝫ luminū
aliquorum preſencia corporali · cum eiſdem
promociones eccleſiaſtice ac dignitates debi
te proſpiciente iuſticia de celo prouenerunt ·
Quo fiebat vt incumbētes ſicut oportuit cure
ꝓprie ſe a noſtris cogerentur obſequijs abſen
tare · Rurſus compendioſiſſimam ſemitā ſub
īīgemus · per quam ad manꝰ noſtras perue
nit librorum tam veterū q̄ꝫ nouorum plurima
multitudo · Religioſorum ſiquidem pauperta
tē ſuſceptam pro criſto · numq̄ꝫ indignantes
horruimus · verū ipſos vbiqꝫ terrarū ī noſtre
compaſſiōis vlnas admiſimus manſuetas af
fabilitate familiariſſima ī perſone noſtre deuo
tionem alleximus allectoſqꝫ beneficiorum libe
ralitatem munifica fouimus ꝓpter deū · Quo
rum ſic eramus omnium benefactor communis
vt nichilominus videremur quadam paterni
tatis ꝓprietate ſingulos adoptaſſe · Iſtis in
ſtatu quolibet facti ſumus refugium · iſtis num
q̄ꝫ clauſimus gracie noſtre ſinum · Quamobrē
iſtos votorꝫ noſtrorū peculiariſſiōs zelatores
meruimꝰ habere ⁊ tā ope q̄ꝫ opa promotores ·

Qui circumeuntes mare ⁊ aridam· orbis ambi
tum perluſtrātes· vniuerſitatum quoqȝ diuer
ſarum prouinciarum generalia ſtudia perſcru
tantes· noſtris deſiderijs militare ſtudebant·
certiſſima ſpe mercedis· Quis inter tot argu
tiſſimos venatores· lepuſculꝰ deliteſceret· q̃s
piſciculus iſtorum nunc hamos· nunc rethia·
nunc ſagenas euaderet· A corpore legis diui
ne· uſqȝ ad quaternum ſophiſmatū heſterno
rum nichil iſtos preterire potuit ſcrutatores·
Si in fonte fidei criſtiane· curia ſacroſancta
romana ſermo deuotus inſonuit· uel ſi pro no
uis cauſis queſtio ventilabatur extranea· ſi ꝑ
iſienſis ſoliditas que plus antiquitati diſcen
de· q̃ꝫ veritati ſubtiliter producende iā ſtudet
Si anglicana perſpicacitas que antiquis per
fuſa luminaribus nouos ſemꝑ radios verita
tis emittit· quidq̃ꝫ ad augmentum ſciencie vł
declarationem fidei promulgabit Hoc ſtatim
noſtris recens infundebatur auribus· nullo de
nigratum ſeminuerbo· nulla nugacitate corrup
tū· ſed de prelo puriſſimi torcularis in noſtre
memorie dolia defecandum tranſibat· Cum
vero nos ad ciuitates et loca contingeret decli
nare vbi prefati pauperes conuentus habebāt
eorum armaria ac quecūqȝ librorꝫ repoſitoria

viſitare non piguit. ymmo ibi ī altiſſima pau
pertate altiſſimas diuicias theſauriatas inue
nimus. Non ſolum in eorū ſacculis et ſporte
llis micas de menſa dominorum cadētes repi
mus pro catellis. verum etiam panes propoſi
tionis abſqꝫ fermento. panem qꝫ angelorum
omne in ſe delectamentum habentem. ymmo
horrea ioſeph plena frumentis totamqꝫ egip
ti ſuppellectilem atqꝫ dona ditiſſima. que re
gina ſaba detulit ſalomoni. Hij ſunt formice
continue congregantes in meſſe. Et apes ar
gumentoſe. fabricantes iugiter cellas mellis
Hij ſucceſſores bezeleel. ad excogitandum q̄d
quid fabre fieri poterit in argento ⁊ auro ⁊ gē
mis quibus templum eccleſie decoretur. Hij
prudentes polimitarij. qui ſuper humerale
ac rationale pōtificis ſed et veſtes varias effi
ciūt ſacerdotum. Hij cortinas ſaga pellesqꝫ
arietum rubricatas reſarciunt quibus eccle
ſie militantis tabernaculum contegatur. Hij
ſunt agricole ſeminantes. boues triturātes.
tube bucinantes. pliades emicantes. et ſtelle
manentes ī ordine ſuo. que ſyſarā expugna
re non ceſſant. Et vt veritas honoretur ſal
uo iudicio cuiuſcumqꝫ. licet hij nuper hora vn
decima autē vineam ſunt ingreſſi dominicam

ſicut amantiſſimi nobis libri vi· capi· ſupra āp
tus allegabant· plus tamen ī hac hora breuiſ
ſima· ſacratorum librorum adiecerūt propa
gini q̄ omēs reſidui vinitores · pauli ſectātes
veſtigia· qui vocatione nouiſſimus predicatio
ne primus multo lati9 ewangeliū criſti ſpar
ſit De iſtis ad ſtatum pontificalem aſſumpti
nonnullos habuimus de duobus ordinibꝫ· pre
dicatorum videlicet et minorū noſtris aſſiſtē
tes lateribus· noſtreqꝫ familie cōmenſales vi
ros vtiqꝫ tam moribus q̄ litteris inſignitos
Qui diuerſorum voluminum correctionibus·
expoſitionibus · tabulationibus ac cōpilatio
nibus indefeſſis ſtudijs incumbebāt· Sane
q̄uis omnium religioſorum comunicatioē mul
tiplici· plurimorū operum copiam tam nouoꝝ
q̄ veterum aſſecuti fuerimus ·predicatores ta
men extollimus merito ſpeciali preconio ī hac
parte q̄ eos pre cunctis religioſis· ſuorū ſine
inuidia gratiſſime comunicationis inuenim9
ac diuina quadam liberalitate perfuſos· ſapi
entie luminoſe probauimus non auaros · ſed
ydoneos profeſſores · Preter has oportunita
tes omnes pretactas ſtationariorum ac libra
riorū noticiam · non ſolum īfra natalis ſoli ꝓ
uinciam· ſed per regnum Francie· teutonie· et

ytalie operauim⁹ diſpoſitoꝝ facilitate · pecunia ꝓ
uolante · Nec eos vllatenus impediuit diſtā
cia neq; furor maris abſterruit · nec eis es ꝓ
expenſa defecit · quin ad nos optatos libros
tranſmitterēt vel afferrent · Sciebant enim
pro certo ꝙ ſpes eorum in ſinu noſtro r̄poſita
defraudari non poterat · ſed reſtabat apud
nos copioſa redemptio cū vſuris · Deniq; nec
rectores ſcolarium ruralium puerorumq; rudi
um pedagogos noſtra neglexit comuīs ſingu
lorum captatrix amoris Sed pocius cū vaca
ret eorum ortulos et agellos ingreſſi flores ſu
perficietenus r̄dolentes collegim⁹ · ac radices
effodimus obſolitas ſtudioſis tamē accommo
das · Et que poſſent digeſta barbarie ranci
da pectorales arterias eloquētie munere me
dicare · Inter huiuſmodi pleraq; comperim⁹
renouari digniſſima · q̄ ſollerter elimata · tur
pi larua vetuſtatis depoſita merebātur venuſ
tis vultibus denuo reformari · Que nos adhi
bita neceſſarioꝝ ſufficiencia in future reſurrex
ionis exēplū reſuſcitata · quadammō rediuiue
reddidim⁹ ſoſpitati · Ceteꝝ apud nos ī nr̄is a
rījs mltitudo nō modica ſēp erat āntiquarioꝝ
ſcriptoꝝ colligatoꝝ correctoꝝ illuīnatoꝝ ⁊ gnāli
ter oīm · q̄ poterāt libroꝝ ſuicījs vtilit̄ īſudare

Poſtremo omnis vtriuſqꝫ ſexus omniſqꝫ ſta
tus vel dignitatis conditio cui⁹ erat cū libris
aliquale commercium cordis noſtri ianuas ı
pulſu poterat aperire facilimo ⁊ ī noſtro gre
mio cōmodoſum reperire cubile. Sic omēs ad
miſimus codices afferentes vt nec precedenti
um multitudo faſtidium poſteriorū efficeret ı
vel heſternum beneficium precollatum preiudici
um pareret hodierno Quapropter cū omib⁹ me
moratis perſonis quaſi quibuſdam adaman
tibus attractatiuis librorū iugiter vteremur
fiebat ad nos deſideratus acceſſus vaſorū ſciē
et multifarius volatus voluminum optimorū.
Et hoc eſt quod preſenti capi. ſuſpimus enar
rare Capitulum ix. quod antiqui ſtudentes pre
cedunt modernos feruore diſcendi

Licet noſtris deſiderijs nouitas moderno
rum numquam fuerit oneroſa qui vacantes
ſtudijs ac primorum patrū ſentencijs quicquam
vel ſubtiliter vel vtiliter adicientes grata ſemp
affectione colimus. antiquorum tamen exami
natos labores ı ſecuriori cupiditate cupiui⁹ p
ſcrutari Sine enim naturaliter viguerunt p
ſpicaciori mentis īgenio. ſine inſtanciori ſtu
dio forſitā īdulſerūt ı ſine vtruſqꝫ ſuffulti ſub
ſidio profecerunt. hoc vnū comperimus euidenter

q̄ vix ſufficiunt ſucceſſores priorum compta
diſcutere · atq; ea per doctrine captare compē
dium · que antiqui amfractuoſis adinuentioī
bus effoderunt · Sicut enim corporis probita
te preſtanciores legimus preceſſiſſe q̄ moder
na tempora exhibere noſcantur · ita loculenti
oribus ſenſibus prefulſiſſe pleroſq; nitimur
opinari · nullatenus eſt abſurdum · cū vtroſ
q; opera que fecerunt · inattingibiles poſte
ris eque prebent · Vnde focas in prologo gra
matice ſue ſcribit · Omnia cum veterum ſit
explorata libellis Multa loqui breuiter ſit no
uitatis opus · Nempe ſide feruore diſcendi ·
ac diligencia ſtudij fiat ſermo: illi philoſophie
vitam totam integre deuouerunt · noſtri vero
ſeculi contemporanei paucos annos · feruide iu
uentutis · eſtuantes viciſſim incendijs viciorū
ſegniter applicant · Et cum ſedatis paſſionibꝫ
diſcernēde ambigue veritatis acumen attige
rint · externis implicati negocijs retrocedunt
et philoſophie gynnaſijs valedicunt · Muſtū
fumoſum iuuenilis ingenij philoſophie diffi
cultati delibant · vinumq; maturius defecatū
yconomice ſollicitudini largiuntur · Amplius ſi
cut ouidius primo de vetula merito lamētatur
Omnēs declinant ad ea q̄ lucra miniſtrant Vtq;

ſciāt diſcant pauci· plures vt habundent Sic
te ꝓſtituūt o virgo ſciencia · ſic te venalem fa
ciūt· caſtis amplexib⁹ aptam· non te ꝓpter te
querētes ſed lucra per te· Ditariq; volunt po
cius ꝙ̄ philoſophari Et īfra ſic philoſophia·
Exiliū patitur ⁊ philo pecuīa regnat· quā con
ſtat eſſe violentiſſimū toxicū diſcipline Qua
liter vero non aliū terminum ſtudio poſuerūt
antiqui ꝙ̄ vite declarat valerius ad tiberium
libro viij· capi· vij· ꝑ exempla multorum· Car
meodes īquit laborioſus ac diutinus · ſciencie
miles fuit Siquidem expletis ·l· annis· idem
illi viuendi ac philoſophandi finis fuit· Et ſo
crates nonogeſi· quar· agēs nobiliſſimū libꝝ
ſcripſit ſophocles · ꝓpe centeſimū annum a
gens edypodeaon id ē librū de geſtis edypoď
ſcripſit Simonides octogeſimo āno carmina
ſcripſit Agellius non affectauit diucius viuere
ꝙ̄ eſſet ydoneus ad ſcribendū · teſte ſeipſo in
prologo noctium acticarū · Feruorem vero ſtu
dij quem habebat euclides ſocraticus recitare
ſolebat taurus phūs· vt iuuenes ad ſtudium
animaret ſicut refert agellius vi· libro· cap· x·
voluminis memorati· Athenienſes namq; cum
megarenſes odirent decreuerunt ꝙ̄ ſi quis de
megarēſibȝ athenas īntraret capite plecteret᷑

Tunc euclides qui magarenſis erat · et ante il
lud decretum ſocratē audierat muliebri orna
mento contectus · denocte ad ſocratem vt eū
audiret ibat de megaris ad athenas viginti
milia paſſuum et redibat · imprudens ꝛ nimi
us fuit feruor archimedis qui geometrice facul
tatis amator · nomen ediſſere noluit · nec a fi
gura protracta caput erigere · quo vite morta
lis fatum prolongaſſet · Sed indulgens ſtudi
o pluſq̄ vite · ſtudioſam figuram vitali ſangui
ne cruentauit · q̄ plurima huiuſmodi noſ
tri propoſiti ſunt exempla · nec ea quidē trāſ
currere breuitas affectata permittit · Sed q̄d
dolentes referimus · iter proceſſus diuerſum in
cedunt clerici celebres hijs diebus · Ambitio
ne ſiquidem in etate tenera laborantes ac pre
ſumptionis pennas ycareas ineptis et in exp
tis lacertis fragiliter coaptantes pilleum ma
giſtralem immaturi precipiunt fiuntqꝫ pueru
li facultatum pluriū profeſſores immeriti · q̄s
nequaq̄ pedetemptī pertranſeunt · ſed ad in
ſtar caprearum ſaltatim aſcendunt · Cumqꝫ
parum de grandi torrente guſtauerint · arbi
trantur ſe totum funditus ſorbuiſſe · vix fauci
bus humectatis · Et quia in primis rudimen
tis · tempore congruo non fundantur ſuper

ſtabile fundamentū· opus edificant ruinoſum
Jamq; prouectos pudet addiſcere q̄ tenellos
decuerat didiciſſe · et ſic profecto coguntur p
petuo luere · ꝙ ad faſtes indebitos pre prope
ſalierūt Propter hec et hijs ſimilia· tyrones
ſcolaſtici ſoliditatem doctrine quā veteres ha
buerunt eam paucis lucubraciūcul' non attin
gunt· q̄tūcumq; fungantur honoribus· cenſe
antur nominib; auctorizentur habitibus locē
turq; ſolemniter in cathedris ſeniorum Priſ
ciani regulas ⁊ donati· ſtatī de cunis erepti et
ſic celeriter ablactati· perligūt Cathegorias
et permenias· i cuius ſcriptura ſūmus ariſto
tiles calamū in corde tinxit · īfantili balbucie
reſonant impubes et īberbes· Quarū facultatū
itinera diſpendioſo cōpendio dampnoſoq; dy
plomate tranſmeantes in ſacrum moyſen ma
nus iniciūt violentas ac ſe tenebroſis aquis ī
nubib; aeris facia2liter aſpergentes ad pontifi
catus īfulam caput parant· nulla decoratū ca
nicie ſenectutis · Promouent plurimum iſtā
peſtem· iuuantq; ad iſtū fantaſticū clericatū·
tam pernicib⁹ paſſib; attingendum papalis
prouiſio · ſeductiuis precibus īpetrata nec nō
et preces que repelli nō poſſunt cardinaliū ⁊
potencium amicorum cupiditas ⁊ parētū· Qui

edificantes ſyon in ſanguinibus · prius ſuis
nepotibus et alumpnis eccleſiaſticas dignita
tes aucupant q̄p nature ſucceſſu · vel doctrine
tempore matureſcant · Ideo prochdolor para
iſmo quem plangimus · pariſienſe palladium
noſtris meſtis temporibus cernimus iam ſub
latum · vbi tepuit ymmo vbi fere friguit zel⁹
ſcole tam nobilis cuius olim radiȷ̄ lucē dabāt
vniuerſis angulis orbis terre · Quieſcit ibi
dem iam calamus omnis ſcribe · nec librorum
generacio propagatur vlterius · nec eſt qui
incipiat nouus auctor haberi · Inuoluunt ſen
tencias ſermonibus imperitis ⁊ omnis logice
ꝓprietate priuantur · niſi q̄ āglicanas ſubtili
tates quibꝫ palam detrahūt · vigiliȷs furtiuis
addiſcūt · Minerua mirabiles nationes hoīm
circuire videtur · et a fine vſꝫ ad finem attigit
fortiter vt ſeipam̄ cōmunicet vniuerſis · Indos
babilonios egipcios atꝫ grecos arabes et lati
nos eā iam ptrāſiſſe cernim⁹ · Iā athenas de
ſeruit Iā a roma rceſſit Iā piſi⁹ preteriuit iā
ad britāniā inſularꝝ inſigniſſimā quin pocius
imcrocoſmū acceſſit felicit̄ vt ſe grecis et bar
baris debitricē oſtēdat · quo miraculo conicit̄
a pleriſqꝫ q̄ ſicut gallie iam ſophia tepeſcit ſic
eiuſdem milicia penitus euirata · langweſcat ·

Capitulum x·ꝙ ſucceſſiue ſciencia ad perfecti onē creuit et ꝙ auctor gramaticam grecam et hebream procurauit

apientiam veterum exquirentes aſſidue
iuxta ſapientis cōſilium eccleſia·xxxix·
Sapienciam īquit omniū antiquorū exquirit
ſapiens Nō in illam opinionem dignum·dux
im⁹ declinandū vt primos arciū fundatores
omnem ruditatē elimaſſe dicam⁹ ſcientes ad
inuentionem cuiuſq; fideli conamine pondera
tam puſillam efficere ſcīcie portionē· ſed plu
rimorū inueſtigationes ſollicitas quaſi datis
ſimbolis ſingulatim ſcienciaꝝ ingentia corpa
ad īmenſas quas cernim⁹ copias ſucceſſiuis
augmentationib; ſuccreuerunt Semp namq;
diſcipuli magiſtrorū ſentencias iterata forna
ce liquantes preneglectam ſcoriam excoxerūt
donec fieret aurū electum probatū terre purga
tum ſeptuplum· ⁊ nullius erronei uel dubij ad
mixtione fucatū Neq; enim ariſtotiles q̄uis de Aristotele
ingenio giganteo floreret in quo nature cōpla
cuit experiri q̄tum mortalitati rationis poſſet
admittere· quemq; paulominus ab āgelis mi
norauit altiſſimus· illa mira volumina que to
tus vix capit orbis ex digitis ſuis ſuxit· Qui
ymmo babiloniorum·egipciorum·caldeorum·

pſarum et medorum· quos omēs diſerta greci
a in theſauros ſuos trāſtulerat ſacros libros
oculis linceis penetrando peruiderat · Quo
rum recta dicta recipiens aſpera complanauit
ſuperflua reſecuit · diminuta ſuppleuit · et er
ronea deleuit · Ac non ſolum ſincere docenti
bus · ſed eciam oberrantibus regraciandum
cenſuit · quaſi viā prebentibus veritatem faci
lius inquirendi · ſicut ipſemet ſecundo metha
phiſice clare docet · Sic multi iuriſperiti cō
didere pandectā Sic medici multi tegni · ſic
et auicenna canonem · Sic plinius molam il
lam hiſtorie naturalis · Sic ptholomeus edi
dit almageſti · Quemadmodum namqȝ in
ſcriptoribus annalium conſiderare non eſt diſ
ficile · ꝙ ſemper poſterior preſupponit priorem
ſine quo prelapſa tēpora nullatenus enarrare
valeret · ſic eſt in ſcienciarum auctoribus eſti
mandum · Nemo namqȝ ſolus quamcūqȝ ſciē
ciam generauit cum inter veterrimos ⁊ nouel
los intermedios reperimus Antiquos q̄dem ſi
noſtris etatibus cōparentur nouos vero ſi ad
fundamina referantur Et iſtos doctiſſimos ar
bitramur · Quid feciſſet virgilius latinorum
poeta precipuus ſi theocritum lucrecium et ho
merum minime ſpoliaſſet ⁊ ī eorum vitula nō

acraſſet Quid niſi parthemium pindarumqꝫ
cuius eloquentiam nõ modo potuit imitari a
liquatenus lectitaſſet · Quid ſaluſtius tulius
boecius macrobius lactancius marcianus · ym
mo tota cohors generaliter latinorũ · ſi athe
naꝝ ſtudia vel grecorum volumina non vidiſſꝫ
Parũ certe iheronimꝰ triũ lingwarũ peritꝰ
in ſcripture gazophilaciũ Ambroſius · auguſti
nus · qui tamen grecas litteras ſe fatetur odiſ
ſe · ymmo gregorius qui prorſus eas neſciſſe
deſcribitur · ad doctrinam eccleſie contuliſſẽt
ſi nichil eiſdem doctõr grecia cõmodaſſet · Cu
ius riuulis roma rigata ſicut priꝰ generauit
philoſophos ad grecorũ effigiem pariforma
poſtea ꝑtulit orthodoxe fidei tractatores Su
dores ſunt grecorũ ſimbola que cantamꝰ · eorũ
dem declarata cõſilijs · ⁊ multoꝝ martirio con
firmata · Cedit tamen ad gloriam latinoꝝ per
accidens ebetudo natiua · quoniã ſicut fuerunt
in ſtudijs minus docti · ſic et in erroribus mi
nꝰ mali · Arriana nempe malicia fere totam e
clipſauit eccleſiã · Neſtoriana nequicia blaſ
phema rabie debachari preſũpſit in virginẽ ·
Nam tã nomen ꝙ̃ diffinitionẽ theotocos abſ
tuliſſet regine niſi miles inuictus cirillus · mo
nomachie congreſſum paratus exſufflaſſet ·

Innumerabiles nobis ſunt grecarum hereſum tam ſpecies q̄ auctores . Nam ſicut fuerunt ſacroſancte fidei primitiui cultores . ita et primi zizaniorum ſatores prout dicitur et producuntur hyſtoriis fide dignus . Sicqȝ poſterius profecerunt in peius . ꝙ dum inconſutilē domini tunicam ſcindere niterentur . claritatem doctrine philoſophice perderunt totaliter . ac nouis tenebris excecati decidunt in abiſſum . niſi ille ſua occulta diſpenſet potencia . cuius ſapienciam numerus non metitur . Hec attenus . nam hic nobis ſubducitur iudicādi facultas . Vnū tamē eliciamꝰ ex p̄dictis ꝙ dāpnoſa nimis eſt hodie ſtudio latinoꝝ greci ſermonis inſcicia . ſine quo ſcriptorum veterum dogmata ſiue criſtianorum ſiue gentilium nequeunt comprehendi . Idemqȝ de arabico in pleriſqȝ tractatibꝰ aſtronomicis ac de hebrayco textu ſacre biblie veri ſimiliter eſt cenſendum . Quibus defectibus prouide clemēs quintus occurrit . ſi tamen prelati que faciliter ſtatuunt . fideliter obſeruarent . Quāobrem gramaticā tā grecam q̄ hebream noſtris ſcolaribꝰ ꝓuidere curauimꝰ cū quibꝫdā adiūctis . q̊ꝝ adminiculo ſtudioſi lectoēs ī dictaꝝ linguaꝝ ſcriptura lectura necnō ītellectu poterunt informari . licȝ

ꝓprietatem ydiomatis ſolus auditus auris aī
mo repreſentet   Capittulum xi· ꝙ leges pro
prie non ſunt ſciencie nec libri ·

IN libris iuris poſitū lucratiua pericia
diſpenſandis terrenis accommoda·quā
to huius ſeculi filijs famulatur vtilius·tāto mi
nus ad capeſſenda ſacre ſcripture miſteria et
archana fidei ſacramenta filijs lucis confert·
vtpote que diſpoīt peculiāter ad amiciciā hu
ius mundi·per quam homo iacobo teſtāte·dei
ꝯſtituitur inimicus· Hec nimirum lites huma
nas quas īfinita producit cupiditas ītricatas
legibus que ad vtrumqꝫ duci poſſunt·extēdit
crebrius ꝗ̄ extinguit· Ad quas tamen ſe dan
das a iuriſconſultis ꝛ pijs principibꝰ dinoſci
tur emanaſſe Sane cū contrariorū ſit eadem
diſciplina potēcia; rationalꝭ ad oppoſita vale
at· ſimulqꝫ ſenſus humanus proclivior ſit ad
malum· huiꝰ facultatis exercitatoribꝰ accidit
vt plerumqꝫ litibus extendendis indulgeant
plus ꝗ̄ paci·et iura non ſecundū legiſlatoris
intētū referant· ſed ad ſue machinationis ef
fectum verba retorqueant violenter ·Quāob
rem licet mentem noſtram librorū amor here
os poſſideret a puero quorū zelo languere vice
voluptatis accepimus· minus tamen librorū

ciuilium appetitus noſtris adheſit affectibus
minuſqꝫ huiuſmodi voluminibꝰ acquirendis
conceſſimus tam opere q̄ʒ expenſe · Sunt enī
vtilia · ſicut ſcorpio in tyriaca quemadmodū
libro de pomo et morte Ariſtotiles ſol doctri
ne · de logica diffiniuit · Cernebamus inter le
ges et ſciencias · quandā nature differenciam
manifeſtam · dum omnis ſciencia iocundatur
et appetit · q̄ʒ ſuorum principiorum precordi
a introſpectis viſceribus pateant · et radices
ſue pullulacionis emineant · ſueqꝫ ſtaturigīs
emanatio luceat euidenter · Sic enim ex cog
nato et conſono lumine veritatis cōcluſionis
ad principia · ipſum corpus ſciencie lucidum
fiet totum non habens partem aliquam tene
bratum · At vero leges cū ſint quedam pacta
humana · ſtatuta ad ciuiliter conuiuendum vl̄
iuga principum ſuperiecta ceruibus ſubditoꝝ
recuſant reduci ad ipſam ſinderesim veritatis
ac equitatis originem · eo q̄ʒ plus habere ſe ti
meant de volūtatis imperio q̄ʒ de racionis ar
bitrio · Quapropter cauſas legū diſcuciendas
nō eſſe · ſuadet in pluribus ſentēcia ſapiētum ·
Nēpe cōſuetudīe ſola leges mlt̄e vigorē acqui
rūt nō neceſſitate ſilogiſtica ſicut artes ꝑut ſe
cūdo pollitice aſtruit aīſtotiles phebꝫ ſcole vbi

pollicıam redarguit ypodami · que nouarū le
gum inuentoribus premia largari pollicetur ·
quia leges veteres abrogare et nouas ſtatuere
eſt ipſarum que ſunt valitudinem infirmare ·
Que enim ſola cōſuetudine ſtabilitatē accipi
unt · hec neceſſe ē diſſuetudine diſſimātur Ex
quibus liquide ſatis ꝯſtat · ꝙ ſicut leges nec
artes ſūt nec ſciencie · ſic nec libri legū · libri
ſcienciarum vel arciū ꝓprie dici poſſunt · Nec
ē hec facultas īter ſciēcias recēſenda · quam li
cet geologiam aꝓpriato vocabulo nominare
Libri vero liberaliū litterarum tam vtiles ſūt
ſcripture diuine ꝙ ſine ipſoꝝ ſubſidio fruſtra
ad ipſius noticiam intellectus aſpiret Capi
tulū xij · de vtilitate et neceſſitate gramatice
vm librorum lectionibus foueremur · aſ
ſidue quos moris erat cotidie legere vel
audire · ꝑpendimus euidēter qᷓtum impediat
ītellectꝰ officiū ł vniꝰ vōbuli ſeiplena noticia
dū nullius enunciationis ſentencia capitur · cu
ius pars quātalibet ignoratur · Qua propter
exacticoꝝ verborū interpretationes mira ſedu
litate iuſſimus annotari · antiquorūꝫ grama
ticorū orthographiam · proſodyam · ethymolo
gyā · ⁊ dyaſintheſim in concuſſa curioſitate cō
ſiderauimꝰ · terminoſꝫ vetuſtate nimia caligātes

deſcriptionib⁹ congruis delucidare curauim⁹ quatenus iter planum noſtris ſtudentibus pa raremus · Hec eſt ſane ſententia totalis · qua re tot gramaticorum antiqua volumina emẽ datis codicib⁹ renouare ſtuduim⁹ · vt ſtratas regias ſterneremus quibus ad artes quaſcũq; noſtri futuri ſcolares incederent inoffenſe ·

Capi · xiiij · de excuſatioẽ poeſis ⁊ vtilitate e⁹dẽ

Omnia genera machinarum quibus con tra poetas ſolius nude veritatis amato res obiciũt · duplici refellũtur vmbone quia vel in obſtena materia grat⁹ cultus ſermonis ad diſcitur vel vbi ficta ſed honeſta ſentẽcia trac tatur naturalis vel hyſtorialis veritas indaga tur ſub eloquio tipice fictionis · Quãuis nimi rum omẽs homĩes natura ſcire deſiderent · nõ tamen omnes delectantur equaliter addiſcere Quĩymmo ſtudij labore guſtato et ſenſuum fa tigatione percepta · pleriq; nucem abiciunt inconſulte priuſq̃ʒ teſta ſoluta nucleus attiga tur · Innatus eſt homini duplex amor · videli cet ꝓpe libertatis ĩ rẽgimine ⁊ aliquãte volup tatis ĩ ope Vñ null⁹ ſine cauſa alieno ſe ſubdit impio vel opus quodcumq; exercet cum tedio ſua ſpõte Delectatio nãq; pficit opatioẽʒ ſicut pulchritudo iuuentutẽ ſicut ariſtotiles veriſſĩe

dogmatizat ꝑ· ethicoꝝ Idcirco prudencia veteꝝ
adinuenit remedium quo lasciuum genus huā
num caperetur quodammodo pio dolo· dū ſub
voluptatis ꝑconio delicata minerua deliteſceret
in occulto · Muneribus paruulos ſolemus alli
cere· vt illa gratis velint addiſcere· quibꝫ eos
vel īuitos intendimus applicare· Non enim na
tura corrupta eo impetitur quo prona ſe pellit
ad vicia tranſmigrat ad virtutes· Hoc enim
breui verſiculo nobis declarat oracius· vbi ar
tem poeticā tradit dicens· Aut prodeſſe volūt
aut delectare poete Hoc idem alio verſu eiuſdē
libri patēter inſinuat · ita dicens Omne tulit
punctū qui miſcuit vtile dulci· Quot euclidis
diſcipulos reiecit· Elleſuga quaſi ſcopulus emi
nens et abruptus qui nullo ſcolariū ſuffragio
ſcandi poſſet durus eſt īquiūt hic ſermo ⁊ q̄s
poteſt eum audire· Filius īconſtancie· qui tan
dem in aſinum tranſformari volebat· philoſo
phie nullatenus forſitā ſtudium dimiſiſſet· ſi
eidem contecta voluptatis velamine familiari
ter occurriſſꝫ · Sed mox crathonis cathedra
ſtupefactus et queſtionibus īfinitis quaſi quo
dam fulmine ſubito repercuſſꝰ· nullum prorſꝰ
videbat refugium niſi fugam· Hec ī excuſatio
nem adduximꝰ poetaꝝ iāqꝫ ſtudētes ītentioē

debita in eiſdem oſtendimus inculpandos Ig
norancia quidem ſoli⁹ vnius vocabuli pregrã
dis ſentencie impedit intellectũ · ſicut prorio
capitulo eſt aſſumptum · Cum ergo dicta ſãcto
rum poetarum figmentis frequenter alludãt
euenit neceſſe eſt · vt neſcito poemate intro
ducto · tota ipſius auctoris intencio penitus
obſtruatur · Et certe ſicut dicit caſſiodorus li
bro ſuo de inſtitucione diuinarum lrãrum · nõ
ſunt parua cenſenda ſine quibus magna con
ſtare non poſſunt · Reſtat ergo vt ignoratis
poeſibus ignoretur Jeronimus auguſtinus bo
eci⁹ lactãcius ſydonius et pleriqꝫ alij quoꝝ le
tamiã prolixũ capitulũ non teneret · Venera
bilis beda vero huiuſmodi dubitacionis articu
lum diſcuſſione declarauit dilucida ſicut · reci
tat compilatoꝛ egregius gracianus plurium
repetitor auctorum · qui ſicut fuit auarus in
ↄpilacioĩs materia · ſic ↄfuſus ꝑperiꝰ ĩ forma
ſcribens diſtinctione triceſimãſeptimã · Turbat
acumẽ · Seculares lrãs q̃dã legũt ad volupta
tẽ poetaꝝ figmẽtis et verboꝝ oꝛnatu delectati ·
q̃dã vero ad erudicionẽ eas addiſcunt vt erro
res gẽtiliũ legẽdo deteſtẽt ⁊ vtilia q̃ ĩ eis ĩue
nerĩt ad vſũ ſacre erudicoĩs deuoti ĩuectãt · ta
les laudabiliẽ ſeclares lrãs addiſcũt hec beda

Hac inſtitutione ſalutifera moniti. ſileant de trahentes ſtudentibus in poetis ad tempus. nec igorantes huiuſmodi cõneſtiẽtes deſiderẽt quia hoc ſimile eſt ſolacio miſeroꝝ Statuat ſi bi quiſq; pie intentionis affectum. ⁊ de quacũ q; materia obſeruatis virtutis circumſtãcijs faciat ſtudiũ deo gratũ Et ſi ĩ poeta profecerit quemadmodũ magnꝰ maro ſe fatetur in ennio non amiſit. Capitulum xiiij. de illis qui pre cipue deberent libros diligere.

Ecolligentia predicta palam eſt ⁊ pſpicuũ qui deberent eſſe librorum precipui dilec tores. Qui namq; ſapientia magis egent ad ſui ſtatus officium vtiliter exequendũ. hij po tiſſime ſacris vaſis ſapientie ꝓpenſiorẽ abſq; dubio exhibere tenẽtur ſollicitum grati cordis affectum. Eſt autem ſapientis officiũ bene or dinare et alios ⁊ ſeipſũ. ſecũdum phebum phi loſophoꝝ ariſtotulem prohemio methaphiſice qui nec fallit nec fallitur in humanis Qua ꝓpt principes ⁊ ꝑlati iudices ⁊ doctores ⁊ quicũ q; reipublice directores. ſicut pre alijs ſapien cia opus habent. ita pre alijs vaſoꝝ ſapiencie zelum debent habere Philoſophiã nimirum cõ finxit boecius ĩ ſiniſtra quidem ſeptꝝ ⁊ in dex tra libros geſtantem ꝑ quod vniuerſis euidẽt

hysto d'philippo

oſtenditur nullum poſſe rempublicam debite r̄
gere ſine libris Tu inquit boecius loquēs phi
loſophie. hanc ſentenciam platōis ore ſanxiſti
beatas fore reſpublicas ſi eas vel ſtudioſi ſapi
encie regerent vel eorum rectores ſtudere ſapi
encie contigiſſet Rurſus hoc nobis īſinuat ip
ſe geſtus ymaginis . q̄ q̄nto dextra ſiniſtrā p̄
cellit . tanto contemplatiua vita dignior ē ac
tiua ſimulq; ſapientis intereſſe monſtratur .
nunc ſtudio veritatis nūc diſpenſationi tem
poralium indulgere viciſſī . Philippum legi
mus dijs regraciatum deuote q̄ allexandro cō
ceſſerant temporibus ariſtotilis eſſe natum.
cuius inſtructione educatus regni paterni mo
deramine dignus eſſet dū pheton ignarus re
giminis fit currus auriga paterni. Nunc vici
nitate nimia nunc remota diſtancia mortalib;
eſtum phebus infeliciter amminiſtrat . ac ne
omnes periclitarentur ſubiecti . pro iniquo r̄
gimine iuſte meruit fulminari . Referunt tā
grecorum q̄ latinorum hyſtorie . q̄ nobiles ī
ter eos principes non fuerunt qui litterarum
pericia caruerunt . Sacra lex moyſayca . p̄
ſcribens regi regulam per quam regat . librū
legis diuine ſibi p̄cipit habere deſcriptum. deu
teronomij decimoſeptīo . ſecundum exemplar a

ſacerdotibus exhibendum in quo ſibi legendū eſſet omnibus diebus vite ſue. Sane labilitatem humane memorie et inſtabilitatem virtuoſe voluntatis in homine. ſatis nouerat deus ipſe qui condidit. qui ꝛ fingit cotidie corda hominum ſingillatim Quāobrem quaſi omnium maloꝝ antidotum voluit eſſe librum. cuius lectionem et vſū tamquam ſaluberrimū ſpiritus alimentum cotidianū iugiter eſſe iuſſit. quo refocillatus ītellectus. nec eneruis nec dubius trepidaret vllatenus ī agendis Iſtud elegant̄ iohannes ſareſburiēſis ꝓtractat ī ſuo policraticō. libro quarto Cetm̄ omne genus hominū qui tonſura vl' nomine clericali prefulgent. cōtra quos libri quarto quinto ꝛ ſexto capitulis querebantur libris tenentur veneratioē pape famľari.

Capitulū xv. de multiplici effectu ſciencie que in libris continetur

(H)umanum excedit ingeniū ꝗ̄tūcūqꝫ de fōte pegaſeo potatū. inſtantis capituli titulum explicare ꝑfecte. Si linguis hominum et āgeloꝝ quis loquatur ſi ī mercuriū transformetur aut tuliū. ſi dulceſcat titiliuij eloquēcia lactea ſi demoſtenis ſuauitate peroret aut moyſi balbuciem allegabit. vel cū iheremia ſe puerum neſcientē confitebitur adhuc loqui vl'

pmitabitur reſonantem in montib⁹ altis echo
Amorem namq; librorum · amorem ſapiencie
conſtat eſſe ſicut ſecundo capitulo eſt probatū
Hic autē amor philoſophia greco vocabulo nū
cupatur · cuius virtutem nulla comprehendit
creata intelligencia· quoniam creditur omniū
bonorum mater eſſe ſapiencie ſeptīo Eſtus q̄p
pe carnalium viciorꝫ quaſi celitus ros extīguit
dū motus intenſus virtutū animalium · vires
naturalium virtutū remittit · ocio penitus ef
figato· quo ſublato perierunt cupidinis art⁹
oīns · Hinc plato in fedone In hoc īquit ma
nifeſtus eſt phūs ſi abſoluit animam a corpis
differēciīs aliīs hominibus· Ama inquit Ihe
ronim⁹ ſcienciam ſcripturarꝫ · et carnis vicia
non amabis Demōſtrauit hoc zenocrates de i
formis in conſtancia rationis quem nobilem
ſtorꝫ cum phīne nomine ſtatuam diffiniuit nō
hominem cum nullus valeret eū illecebris eui
rare quemadmodū valerius libro quarto ca·
tercio plene refert· Hoc ipſum nē origenes oſ
tendit qui ne eū ab omipotenti femina effemi
nare cōtigeret vtriuſ; ſexus mediū p abnega
tionē extreōꝫ elegit aīmoſū q̄ppe ēmediū nec
nature tamē ɔſentaneū nec v̇tuti Cui⁹ ē hoīem
nō īſēſibilē facere paſſiouū ſꝫ ſub certas a forte

cationis enecare mucrone Rurſus mūdana et
pecunias puipendunt · quotquot amor afficit
librorꝫ · dicente iheronimo ad vigilanciū eplā
liiij · Nō eſt eiuſdem hominis aureos nūmos
et ſcripturas probare · Vnde a quodam metri
ce ſic dictū eſt · Nulla libris erit apta manus
ferrugiē tincta Nec nūmata queunt corda va
care libris Nūmipete cum libricolis nequeūt
ſimul eſſe · Ambos crede michi non tenet vna
domus · Nullus ergo poteſt mānone et libris
ſeruire · Viciorum deformitas ī libris maxime
reprobatur · vt īde dicatur omnimode vicia de
teſtari · qui libros dilexeīt perſcrutari Demō
qui a ſciencia nomen habet · per librorꝫ ſcienci
am potiſſime triūphatur · cuius fraudes mul
tipliciter flexuoſe · milleqꝫ pnicioſi meandri p
libros panduntur legentibus · ne ſe tranſfigu
rans in angelū lucis · dolis circūueniat īnocen
tes Diuina nobis per libros reuerentia reuela
tur virtutes quibus colitur · ꝓpalātur expreſſi
us · atqꝫ merces deſcribitur quam que nec fal
lit nec fallitur veritas pollicetur · ymago ſimili
ma future beatitudīs eſt ſacrarū cōtemplatio
litterarꝫ · in quibus nunc creator nūc creatura
conſpicitur · ac de torrēte ꝑpetue iocunditatis
hauritur fides fūdatur potencia litterarꝫ · ſpes

libꝛorum ſolatio confirmatur · vt per pacien
ciam et conſolationem ſcripturarum ſpem ha
beamus· Caritas non inflatur ſed edificatur ꝑ
verarum litterarum noticiam · ymmo ſuper li
bros ſacros conſtat luce clarius eccleſiā ſtabi
litā · Delectant libri proſperitate feliciter ar
ridente · conſolantur indiuidue nubila fortuā
terrente pactis humanis robur attribuunt ·
nec feruntur ſentencie graues ſine libris · Ar
tes et ſciencie conſiſtunt ī libris· quorum emo
lumenta nulla meus ſufficeret enarrare· Quā
ta pendenda eſt mira librorum potencia· dū ꝑ
eos fines tam orbis ꝗꝫ temporis cernimus ⁊ ea
que nō ſunt tamꝗꝫ ea que ſunt quaſi in quodā
eternitatis ſpeculo contemplamur · Mōtes ſcā
dimus ⁊ abiſſoꝝ voragines in libris perſcruta
mur Species piſciū quos comunis aer nequa
ꝗꝫ ſalubriter continet intuemur Codicibus flu
uioꝝ et fonciū ⁊ diuerſaꝝ terrarū ꝓpetates diſ
tinguim⁹ · metallorū atqꝫ gemmarū genera ⁊
minere cuiuſqꝫ materias de libris effodimus ·
herbaꝝqꝫ vires arboꝝ et plantaꝝ ꝓleqꝫ totā ꝓ
libitu cernim⁹ neptuī cereris ⁊ plutonis · qꝰ ſi
nos celicolas viſitare delcāt· ſuppeditātes tauꝝ
caucaſū et olipū· iouis regna trāſcēdim⁹ ⁊ ſep
tē territoria placētaꝝ funicul̄ ⁊ circulis emetī̄

Ipſū tandem firmamentū ſupremum· ſignis ğ
dibus ꝛ ymaginibꝫ varietate maxima decora
tū luſtramus Ibi polū antarcticum· quem nec
oculus vidit nec auris audiuit inſpicimus·luī
noſū iter galaxie et animalibus celeſtibꝰ pic
turatū zodiacum ·delectabili iocunditate mira
mur Hinc per libros ad ſeparatas tranſimꝰ ſub
ſtancias· et vt cognatas intelligencias ītellec
tus ſalutet ·primamqꝫ cauſam omniū aut mo
torem immobilē īfinite virtutis oculo mentis
cernat et amore īhereat ſine fine ·Ecce per li
bros adducti beatitudinis noſtre mercedē at
tigimus dum adhuc exiſtimꝰ viatores· Quid
plura Procul dubio ſicut ſeneca docēte octoge
ſimaquarta epiſtola que īcipit deſij· iam de te
eſſe ſollicitus dicimus ·ociū ſine litteris mors
eſt· ꝛ viui hominis ſepultura· Ita reuera a ſen
ſu contrario litterarū ſeu librorū negocium cō
cludimus eſſe vitam·Rurſus per libros tam a
micis ꝙ hoſtibus intimamꝰ que nequaꝙ̄ ſecu
re nūcijs cōmendamus Quoniam libro plerū
qꝫ ad principum thalamos īgreſſus cōceditur
quo repelleretur penitꝰ vox auctoris ſicut ter
tullianus in p̄cipio apologetici ſui dicit· Car
ceribus ꝛ vinculis cuſtodita ad emptaqꝫ peni
tus corporis libertate·librorum legacionibus

vtimur ad amicos eiſq; cauſas noſtras expe
diendas committimus. quo nobis fieret cauſa
moetis acceſſus per libros preteritorum remi
niſcamur. de futuris quodammõ prophetamꝰ
preſentia que labuntur et fluunt ſcripture me
moria ſtabilimus. Felix ſtudioſitas et ſtudi
oſa felicitas ꝑpotentis eunuchi de quo actuum
octauo narratur. quem amor prophetice lecti
onis accenderat tam ardenter ꝙ nec ratione
itineris a lectione ceſſaret. Regine canda
cis proplaſam obliuioni tradiderat. gazas
quibus p̄erat a cura cordis ſemouerat. ⁊ tam
iter ꝙ̃ currũ quo ferebatᷣ neglexerat. Solus
amor libri totum ſibi vendicauerat domiciliũ
caſtitatis Quomõ diſponente. mox fidei ianu
am meruit introire. O graciosus amor libro
rum qui gehenne filium et alumpnum tartari
per baptiſmalem graciam filium fecit regni.
Ceſſ; iam ſtilus impotens infiniti negocii con
ſummare tenorem. ne videatur aggredi teme
re quod in principio fatebatur impoſſibile cu
ꝙ̃ eſſe Capitulũ xvi. de libris nouis ſcriben
dis et antiquis reparandis.

Iam necesſarium eſt. reipublice pugna
turis militibus arma prouidere milita
ria. Et congeſtas victualium copias

p̄parare ſic eccleſie militanti contra paganoꝝ
et hereticorum iſultus · opere precium conſtat
eſſe librorũ ſanoꝝ multitudine cõmunire · Veꝝ
quia omne quod ſeruit mortalibꝫ · per lapſum
temporis mortalitatis diſpendia patitur · ne
ceſſe eſt vetuſtate tabefacta volumina īnouatis
ſucceſſoribus inſtaurari · vt ꝑpetuitas que re
pugnat nature īdiuidui cõcedatur ſpeciei · Hic
eſt quod ſignanter dicit eccleſiaſtes · faciendi
plures libros nullꝰ ē finis Sicut enim librorũ
corpora ex contrarioꝝ cõmixtione cõpacta ſue
compoſitionis cõtinuũ ſentiũt detrimentum ·
ſic per prudenciam clericorũ ē reperiri remediũ
per quod liber ſacer ſoluens nature debitũ he
reditariũ obtineat ſubſtitutum et ſimile ſemē
ſacri ſacro mortuo ſuſcitetur · verificeturqꝫ ſta
ti illud eccleſiaſtici xxx · mortuus eſt pater illi
us · et quaſi non eſt mortuus · ſimilem enim re
liquit poſt ſe filiũ Sunt ergo tranſſcriptores
veterum quaſi quidam ꝓpagatores recentiũ fi
lioꝝ · ad quos patrum deuoluatur officium ne
municipiũ minuatur · Sane huiuſmodi tranſ
ſcriptores antiquarij nominantur quoꝝ ſtudi
a inter ea que cõplentur labore corporeo plini
us ſibi placere confitetur · de inſtitutione diuiā
rum litterarum iij · capitulo ita ſubdens Felix

inquit ſciencia · laudanda ſedulitas manu ho
minibus predicare · lingwas digitis aperire ·
ſalutem mortalibus tacitum dare · et contra di
aboli temptationes illicitas calamo et atramen
to pugnare · Hec ille · Porro ſcriptoris officiū
ſaluator exercuit · dum inclinans ſe deorſum di
gito ſcribebat in terra Johannis octauo · vt nl̄
lus quantūcumqꝫ nobilis dedignetur hoc face
re · quod ſapienciam dei patris intuetur feciſ
ſe · O ſcripture ſeremitas ſingularis ad cuius fa
bricā inclinatur artifex orbis terre · i cuius tre
mendo nomine flectitur ōne genu · O venerā
dum artificiū ſingulariter pre cūctis praxibꝫ ·
que hominis manu fiūt · cui pectus dominicū i
curuatur humiliter · cui digitꝰ dei applicat' vice
calami fictus · Ceterū dei filiū vel araſſe texuiſ
ſe vel fodiſſe non legimus · nec quidq̄ aliud
de mechanicis decebat diuinam ſapienciā huā
natā · niſi ſcribendo litteras exarare vt diſcat
quilibꝫ generoſus aut ſciolꝰ q̄ hominibꝰ digi
ti tribuūtur ad ſcribendi negocium pocius q̄
ad bellum · Unde librorum ſentenciam approba
mus qua clericum inertem ſcripture · cōſueuerūt
quodammō mancum fore · Capitulo ſexto ſup̄
Scribit iuſtos in libro viuencium deus ipſe ·
lapideas quidem tabulas digito dei ſcriptas

moyſes accepit Scribat librum qui iubicat ·
Job proclamat · digitos ſcribentis in pariete ·
mane · techel · phares · balthſaar tremēs vidit
danielis quinto · Ego inquit iheremias ſcribe
bam in volumine atramento iheremie xxxvi ·
Quod vides ſcribe ī libro · xpūs iohanni caro
ſuo precepit apocalipſis primo Sic yſaye · ſic
ioſue officiū ſcriptoris iniūgit vt tā art⁹ ꝙ pe
ricia futuris in poſterū ɔmendetur In veſtimē
to ⁊ ī femore ſcriptū habet rex regū et domin⁹
dominanciū xpūs ipſe · vt ſine ſcriptura neq̄
at apparere pfectū omnipotentis regiū orna
mentū · Defuncti docere non deſinūt qui ſacre
ſciencie libros ſcribunt · Plus paulus ſcriben
do ſacras · epiſtolas eccleſie profuit fabricādo
ꝙ gentibus et iudeis ewangelizādo ſermone ·
Nempe per libros cotidie cōtinuat cōprehen
ſor · quod olim ī terra poſitus īchoauit viator
Sicq; verificatur de doctoribus libros ſcriben
tib; ſermo propheticus · danielis xij · Qui ad
iuſticiam erudiūt multos · erunt quaſi ſtelle ī
ppetuas eternitates Porro ſollicitudine anti
quorū priuſꝙ deus originalem mūdum catha
cliſmo dilueret · aſſcribendam miraculo nō na
ture catholici decreuere doctores · vt deus tantū
eis vite concederet · quātū reperiēdis et ī libris

ſcribendis ſciencijs conueniret · Inter quas aſ
tronomie miranda diuerſitas vt experimēta
liter viſui ſubderetur ſexcentorum annorum p
iodum ſecundum ioſephum requirebat · Verū
tamen non abnuūt · quin terrenaſcencia illius
temporis primitiui vtilius alimentum preſta
rent mortalibus ꝙ moderni · quo dabatur nō
ſolum hilarior corporis endelechia · ſed eciam
diuturnior florens etas · Ad quam nō modicū
contulit quod virtuti viuebant omnimode · re
ſecato ſuperfluo voluptatis · Igitur quiſquis
dei munere es ditatus iuxta conſilium ſpiritus
ſancti eccleſiaſtici xxxviij · ſapienciam ſcribe
in tempore vacuitatis vt ad pimium tibi cū be
atis et ſpaciū augeatur etatis · Ceterum ſi ad mū
di principes diuertam⁹ ſermonem · īpatores
egregios inuenim⁹ nō ſolū artis ſcribendi pici
a floruiſſe · ſed ⁊ ipi⁹ opi plurimū indulſiſſe ·
Julius ceſar prim⁹ oīm ⁊ tēpore et v̄tute ↄmē
tarios r̄liqt tā belli gallici ꝙ ciuilis · a ſemet
ipo ↄſcriptos Itē de analogia duos libros et
āthicathones totidē ⁊ poema q̊d īſcribit̄ iter
Et opuſcula alia mlta fecit vt tā iuli⁹ ꝙ aug⁹
tus cautelas ſcribēdi lrāꝫ occultarēt · Nā iuli⁹
q̄rtā lrāꝫ poſuit loco p̄ē ⁊ ſic deinceps alphabetū
expēdit auguſt⁹ vēo ſcdāꝫ ꝓ p̄ā ⁊ ꝓ ſcdā tciā

et ita deinceps vſus fuit Hic in mutineſi bello
i maxima mole rerū· cotidie ⁊ legiſſe et ſcrip
ſiſſe traditur ac etiam declamaſſe · Tiberius
liricū carmen ſcripſit ⁊ poemata quedā greca·
Claudius ſimiliter tā greci ꝙ latini ſermonis
peritus· varios libellos fecit· Sed pre aliꝭs et
hꝭs titus i ſcribendi pericia floruit· qui cuiuſ
cūꝫ volebat litteram mutuauit facilime · vnde
ſe fatebatur falſariū maximū ſi libuiſſet· fieri
potuiſſe Hec omnia ſuetonius de vita duodecī
ceſarꝝ annotauit Capitulū xviij de libris mū
de tractandis et collocandis·

on ſolū deo preſtamus obſequiū nouorꝝ li
brorum ꝑparando volumina · ſꝫ ⁊ ſacrate
pietatis exercemus officiū· ſi eoſdē nunc illeſe
tractem⁹ · nūc locis ydoneis redditos illibate
cuſtodie cōmendemus · vt gaudeant puritate
dum habentur in manibus et requieſcāt ſecure
dum i ſuis cubilibꝫ recōduntur· Nimirum poſt
veſtes ⁊ vaſcula corpori dedicata dominico · ſa
cri libri merentur a clericis honeſtius contrec
tari · q̄ totiēs eos preſumūt attigere manu fe
da· ꝙobrē exhortari ſtudētes ſup negligēcꝭs
varꝭs reputam⁹ expediens que mutari facili
ter ſemper poſſēt ⁊ mirabiliter libris nocent
In primis quidem circa claudenda ⁊ apienda

volumina ſic matura modeſtia · vt nec preci
pita feſtinatione ſoluãtur nec inſpectione fini
ta ſine clauſura debita dimittantur Longe nã
qȝ diligencius librum · q̃ calceum conuenit cõ
ſeruari · Eſt enim ſcolarium gens pperam e
ducata comuniter et niſi maiorum regulis refre
nentur infrunitis inſcicijs inſoleſcat · Agunt
petulancia preſumptione tumeſcunt · de ſingu
lis iudicant tamq̃ certi cum ſint in omnibus
inexperti · Videbis fortaſſe iuuenem ceruico
ſum in ſtudio ſegniter reſidentem · Et dum y
berno tempore hyems alget · naſus irriguus
frigore comprimẽte diſtillat · nec prius ſe dig
natur emũctorio tergere q̃ ſubiectũ librũ ma
defecerit turpi rore · Cui vtinã loco codicis co
riũ ſubderetur ſutoris · Vnguẽ habet fimo fetẽ
te refertum giganti ſimilimũ · quo placentis
materie ſignat locũ · Paleas diſpartitur in
numeras · quas diuerſis in locis collocat eui
denter · vt feſtuca reducat · quod memoria nõ
retentat · Hec palee quia nec venter libri di
gerit nec quiſq̃ eas extrahit pmo quidẽ librũ
a ſolita iũctura diſtendũt et tãdẽ negligenter
obliuioni cõmiſſe putreſcunt · Fructus et caſeũ
ſuper librũ expanſũ nõ veretur comedere atqȝ cy
phũ hinc inde diſſolute trãſferre · Et q̃a nõ habȝ

elemoſinaꝝ ſacculum ꝑparatū · in libris dimit
tit reliquias fragmentoꝝ Garrulitate cōtinu
a ſocijs oblatrare non deſinit · ⁊ dū multitudiē
rationū adducat a ſenſu phiſico vacuaꝝ · librū
in gremio ſub expanſū humectat ſpargine ſali
uaꝝ Quid plura · ſtatī duplicatis cubitis recli
natur in codicem · et per breue ſtudiū ſoporem
ĩuitat prolixū · ac ꝓ reparandis rugis limbos
replicat folioꝝ · ad libri non modicū detrimen
tum Jam ymber abijt ⁊ receſſit · et flores appa
ruerunt in terra noſtra · tūc ſcolaris quem de
ſcribimꝰ libroꝝ neglector pocius ꝙ̄ ĩſpector ·
viola primula atqꝫ roſa necnon quadrifolio ·
farciet librū ſuū Tūc manus aquoſas et ſtatē
tes ſudore voluēdis voluminibꝫ applicabit · tūc
puluerulentas vndiqꝫ cyrotecis incādidam mē
branā ĩpinget · ⁊ indice veteri pelle veſtito ve
nabitur paginam lineatā Tūc ad pulicis mor
dētis aculeū ſacer liber obicitur qui tamen vix
clauditur ĩfra menſem · Sicqꝫ pulueribꝫ ĩtro
iectis tumeſcit ꝙ claudentis ĩſtancie non obe
dit · ſūt aūt ſpecialiter cohercēdi a ↄtractiōe li
broꝝ iuuenes impudētes qui cū litterarū figu
ras effigiare didicerint · mox pulcherrimorū
voluminū ſi copia ↄcedatur ĩcipiūt fieri gloſa
tores incōgrui et vbi largiorem marginē circa

textum perſpexerint · monſtruoſe apparitant alphabetū · Vel aliud friuolum qualecūqꝫ q̄d ymaginationi occurrit incaſtigatꝰ calamꝰ ꝓtinꝰ exarare preſumit Ibi latiniſta ibi ſophiſta · ibi quilibet ſcriba indoctus aptitudinem penne probat quod formoſiſſimis codicibus quo ad vſum ⁊ precium crebrerrime vidimꝰ offuiſſe · Sunt iterꝝ fures quidam libros enormiter detruncātes qui pro epiſtolarum cartis cedulas laterales abſcindunt · littera ſola ſalua · vel finalia folia que ad libri cuſtodiam dimittuntur ad varios vſus ⁊ abvſus aſſumunt quod genꝰ ſacrilegij ſub interminatione anathematis prohiberi deberet · Conuenit autem prorſus ſcolariū honeſtati vt quociens · ad ſtudiū a refectione reditur precedat omnino locio lectionē ne digitus ſagimine delibutus aut ſignacula libri ſoluat aut folia prius voluat · Puerulꝰ aūt lacrimoſꝰ capitaliū lrāꝝ nō admirer̄ ymagines ne manū fluida polluat ꝑgamenū Tāgit enī illico q̄dq̄d vidꝫ · porro layci q̄ librꝝ eq̄ reſpiciūt reſupine tn̄ſuſū ſicut ſerie nāli expāſū oī librorꝝ comuniōe peitꝰ ſūt īdigni Hoc etiā clericꝰ diſpoāt vt olens ab oll̄ lixa cinereꝰ librorꝝ folia nō ↄtigat illotꝰ ſꝫ q̄ īgredit̄ ſine macl'a p̄cioſ codicibꝫ miſtrabit · ↄferrꝫ āt plimū tā

libris q̄ ſcolarib; manuū honeſtaꝝ mūdicia ꝛ
ſi non eſſent ſcabies et puſtule· caracteres cle
ricales · Librorum defectib; quociens aduertū
tur eſt cicius occurrendū · quoniā nichil gran
deſcat cicius q̄ ſciſſura · et fractura que ad tē
pus negligitur reꝑabitur poſtea cū vſura De
libroꝝ armarijs mundiſſime fabricandis vbi
ab omni leſione ſeruentur ſecuri· moyſes mitiſ
ſimus nos informat deutronomij xxi· Tollite
īquit librū iſtū et ponite eū in latere arche fe
deris domini dei veſtri· O locus ydoneus et bi
bliotheca cōueniens · que de lignis cethim ī
putribilib; facta fuit· auroq; per totū īterius
ꝛ exterius circūtecta· Sed ꝛ omnem īhoneſta
tis negligenciam circa libros tractandos ſuo
ſaluator excluſit exēplo· ſicut legitur luce iiij·
Cū enim ſcripturam ꝓpheticā de ſe ſcriptam
in libro tradito perlegiſſ; · non prius librum
miniſtro reſtituit q̄ eūdem ſuis ſacratiſſimis
manib; plicuiſſet· Quo facto ſtudētes docētur
clariſſime circa libroꝝ cuſtodiam q̄tūcūq; mi
nima negligi non debere Capitulū xviij· auc
tor contra ſuos detractores ·

Jchil iniquius ī humanis ꝑpenditur · q̄
q̄ ea que gerūtur iuſtiſſime · malignoꝝ
obloquijs peruertūtur · Et inde reportat quis

famam criminis · Vnde magis meruit ſpeciem
honoris · Paulo ſimplici perpetrantur pluriā
nec ſiniſtra dextre ſe commiſcet · Nullo fermē
to maſſa corrumpitur neq; veſtis ex lino lana
q; cōteritur · Peruerſorū tamen preſtigijs o
pus piū mendaciter tranſformatur in monſtꝝ
Hec eſt nimirum peccatricis anime reproban
da condicio · ꝙ non ſolum in factis moraliter
dubijs pro peiore ſentenciat · ymmo frequēter
illa que ſpeciē boni habent nequicioſa ſubuerſi
one deprauat · Quis enim amor librorum ex
obiecti natura preferat honeſtatem · miro ta
men modo obnoxios nos effecit iudicijs plu
rimorum · quoꝝ admiracionibus obtrectati
nūc de curioſitate ſuperflua nūc de cupiditate
in illa dūtaxat materia nūc de vanitatis appa
rēcia nūc de voluptatis intemperancia circa lit
teras notabamur Quorū reuera vituperijs nō
plus ꝙ caniculoꝝ latratibꝰ mouebamur · illiꝰ
ſolius teſtimonio contentati · ad quē renes et
corda pertinet perſcrutari Cū enī volūtatis ſe
crete finalis intēcio homines lateat · cordium ī
ſpectori pernicioſe temeritatis meretur redar
gui qui humanis actibus quorum non vident
fōtale principium epygrama tā faciliter ſuper
ſcribūt ſiniſtrū Finis enī ſe habet ī opabilibꝫ

ſicut principia in ſpeculatiuis vt ſuppoēs i ma
thematicis. teſte philoſophorū principe vij e
thicoꝝ. Qua ꝓpter ſicut ex principiorū euiden
tia cōclusionis veritas declaratur. ita plerūqꝫ
in agibilibꝫ ex honeſti finis ītentione bonitas
moralis in opere ſigillatur vbi alias opꝰ ipſū
iudicari deberet īdifferens quo ad mores. Nos
aūt abolim in precordijs mentis noſtre ꝓpoſi
tū geſſimus radicatū quatenus oportunis tem
poribꝰ expectatis diuinitus aulam quādam
in reuēnda vniuerſitate oxonienſi omniū arci
um liberaliū nutrice precipua. in ꝑpetuam ele
moſinam fūdaremus neceſſarijsqꝫ redditibus
ditaremus. quam numeroſis ſcolaribꝫ occupa
tam noſtroꝝ librorū localibꝫ ſupditaremus. vt
ipſi libri et ſinguli eorūdem comunes fierēt q̄
tū ad vſū ⁊ ſtudiū non ſolū ſcolaribus aule tac
te ſed per eos omnibus vniuerſitatis predicte
ſtudentibus ī eternū. ſecūdū modum et formā
quā ſequēs capitulū declarabit Qua ꝓpter ſin
cerus amor ſtudij zelusqꝫ orthodoxe fidei ad e
dificationem eccleſie cōfirmande. pepererunt
in nobis ſollicitudinem hanc ſtupēdam nūmi
colis vt collectos codices vndecūqꝫ venales neg
lectis ſūptibus emeremus. et qui venūdari nō
debebant. tranſſcribi honeſtius faceremus. cū

enī delectationes hominū ex diſpoſitione cor
porum celeſtiū · cui mixtorum cōplexio frequē
ter obedit · diuerſimode diſtinguātur · vt hij
in architectura · illi in agricultura hij in vena
tionib; · illi in nauigationib9 · hij in bellis illi
in ludis eligant conuerſari · Cecidit circa noſ
tre mercurialis ſpecies voluptatis hoēſte · quā
ex recte rationis arbitrio cui9 nulla ſidera do
minantur imperio · in honorem ordinauimus
maieſtatis ſupreme · vt vnde mēs noſtra trā
quillitatem reperit requiei · inde deuotiſſime
creſceret cultus dei Quamobrē deſināt obtrec
tātes ſicut ceci de coloribꝫ iudicare Veſpertilio
nes de luce diſceptare nō audeant · atqꝫ trabes
geſtātes in oculis ꝓprijs alienas feſtucas erue
re nō p̄ſumant · Ceſſent commentis ſatiricis
ſuggillare que neſciunt ⁊ occulta diſcutere que
humanis experiencijs non pateſcunt · Qui
nos fortaſſis affectu cōmēdaſſent beniuolo ſi
ferarū venatui alearumqꝫ luſui · dominarū ap
plauſui vacaſſemus Capi · xix · de ordīatioē
ꝓuida qualiter libri extraneis cōcedantur

Officiale fuit ſēp ſic homīēs limitare legibꝫ
honeſtatis · qñ aſtucia ſucceſſoꝝ terminōs
niteret̄ p̄cedēciū trāſilirē ⁊ ſtatutas īfrīgē r̄glās
inſolēcia libertatis · Q̄obrē de prudēciū conſilio

certū modum prefiximus per quem ad vtilita
tem ſtudenciū· librorꝫ noſtrorū cōmunicationē
et vſum volumꝰ deuenire · In primis enim li
bros omnes et ſingulos de quibꝫ cathalogum
fecimus ſpecialem· cōcedimus et donauimꝰ in
tuitu caritatis cōmitati ſcolariū in aula oxoni
enſi degentiū· ī ppetuam elemoſinā ꝓ anima
noſtra et parentū noſtrorꝫ necnō pro anima il
luſtriſſimi regis anglie eduardi tercij poſt cō
queſtum· et deuotiſſime domine regine philip
pe conſortis eiuſdem · vt ijdē libri omnibꝫ et
ſingulis vniuerſitatis dicte ville ſcolaribus ⁊
magiſtris tā regularibus q̄ ſecularibus cōmo
dentur pro tempore ad pfectū ⁊ vſum ſtudētiū
iuxta modum quem īmediate ſubiūgimus qui
eſt talis· Quinqꝫ de ſcolaribus in aula prefata
cōmorantibus aſſignentur per eiuſdē aule ma
giſtrū · quibꝫ librorꝫ cuſtodia deputetur De q̄
bus quinqꝫ pſonis tres ⁊ nullatenꝰ pauciores
librum vel libros ad īſpectionem et vſum dun
taxat ſtudij valeant cōmodare · ad copiandū
vero ⁊ tranſſcribendū ·nullū librum volumus
extra ſepta domus ꝯcedi · Igitur cū ſcolaris q̄
cūqꝫ ſecularis vel r̄ligioſus quos in preſenti fa
uore ad paria iudicamus· librū aliquem cōmo
dandū petiuerit· ꝯſiderent diligēter cuſtodes

an libetum talem habuerint duplicatū Et ſi ſic
commodent ei librum caucioē recepta que libꝛ
traditum in valore tranſcendat iudicio eorū
fiatq; ſtatim tā de caucione ꝙ de libro commo
dato memorialis ſcriptura continens nomina
perſonarum que librum tradunt et illius qui
recipit · cum die et anno domini quo cōtingit
fieri commodatū · Si vero cuſtodes inuenerit
ꝙ ille liber qui petitur duplicatus non fuerit ·
talem librum nō commodent cuicumq; niſi fu
erit de comitiua ſcolarium dicte aule · niſi forte
ad inſpectionem infra ſepta domus vel aule
predicte · ſed non ad vlterius deferendum · Sco
lari vero cuilibꝫ predicte aule liber quicūq; p
tres de predictis cuſtodibus valeat cōmodari
nomine tamen ſuo cū die quo librum recipit · p̄
mitus ānotato Nec tamē ipſe poſſit librum ſi
bi traditum altri ꝯmodari niſi de aſſenſu tri
um de cuſtodibus ſupradictis et tunc dileto no
mine prim nomen ſecūdi cū tempore traditio
nis ſcribatur · Ad hec omnia obſeruādū cuſto
des ſinguli fidē p̄ſtēt · quādo eis cuſtodia hui9
moi deputat̄ · Recipiētes autē libꝛ ł libros ibidē
iurābūt · ꝙ eū ł eos ad aliū vſū n̄ ad īſpectōꝫ ꝑ
ſtudiū nullatenus applicabūt · ꝙq; illū ł illos ex
tra villā oxonieſē cū ſuburbio · nec deferēt nec

deferri permittent · Singulis autem annis
compotum r̄eddent predicti cuſtodes magiſtro
domus et duobus quos ſecū duxerit de ſuis ſco
laribus aſſumendū· vł ſi eidem non vocauerit
tres deputet inſpectores alios a cuſtodib⁹ q̄ li
brorū cathalogū plegentes videant ꝙ omnes
habeant vel in voluminibus ꝓpriis ł ſaltē per
cautiones preſentes Ad hunc eciam compotum
per ſoluendū temp⁹ credimus oportuni⁹· a ka
lendis iunij vſqꝫ ad feſtum ſequens glorioſiſ
ſimi martiris ſancti thome Hoc autē omnino
adiciamus ꝙ quilibꝫ cui liber aliq̄s fuerit cōmo
datus· ſemel in anno libꝝ preſentet cuſtodib⁹
et ſuam ſi voluerit videat caucionem Porro ſi
contingit fortuitu per mortem furtum fraudem
vel incuriam libꝝ perdi· ille qui ꝑdiderit vel e
iuſdē procurator· ſeu eciam executor p̄cium li
bri ſoluat et eiuſdē r̄ecipiat cautionē· ꝙ ſi qua
literacumqꝫ cuſtodibus ipſis lucrū euenerit· in
nichil aliud q̄ꝫ in librorꝝ r̄eparationem ⁊ ſubſidiū
conuertatur Capitulū xx· auctor petit orati
ones et notabiliter docet orare ſtudentes·

Empus iam efflagitat terminare tracta
tum quem de amore librorū compegimus
in quo contemporaneorū noſtrorꝝ admiratioī
bus de eo ꝙ tantum libros dileximus rationē

reddere miſi ſumus · Verū̄m quia vix datur ali
quid operari mortalib⁹ quod nullius puluere
aſpergatur vanitatis · ſtudioſū amorem quem
ita diuturnū ad libros habuimus iuſtificare pe
nitus non audemus quin fuerit forſitā nobis
quādoqȝ occaſio alicuius negligētie venialis ·
q̄uis amoris materia ſit honeſta ꝛ intēcio re
gulata Si nāqȝ cū omnia fecerimus · ſeruos
nos inutiles dicere teneamur ſi iob ſanctiſſi⁹
ſua opera omnia verebatur · ſi iuxta yſayam q̄
ſi pannus menſtruate omnes ſunt iuſticie noſ
tre quis de perfectione cuiuſcūqȝ virtutis p̄ſu
mat iactare · quin ex aliqua circūſtancia vale
at rep̄hendi · que forſitā a ſeipſo nō poterat de
prehendi Bonū enī ex integris cauſ · malum
autē oīfarie · ſicut dioniſius de diuis noīb9
nos īformat · q̄obrē in noſtrarū iniquitatum
remediū quibȝ nos oīm creatorē crebrius offen
diſſe cognoſci⁹ orōnū ſuffragia petituri ſtudē
tes noſtros futuros dignū duxi⁹ exhortari · q̄
ten⁹ ſit tā nobis q̄ aliis eorūdē futuris bn̄fac
torib⁹ ſiant grati · q̄ bn̄ficiorꝫ nrōrū p̄uidēci
am ſpiritualibȝ retributioībȝ recōpēſēt Viua⁹ ī
eorū memōriis fuērati · q̄ ī nrīs vixerūt beniuo
lēciis nōdū nati · nrīſȝ nūc viuūt bn̄ficiis ſuſ
tētati · Clemenciā redēptoris implorēt īſtāciis

indefeſſis· quatenus negligencijs noſtris par
cat· peccatorū reatibus pius iudex indulgeat·
lapſus noſtre fragilitatis pallio pietatis ope
riat· et offenſas quas ⁊ pudet ⁊ penitet cōmi
ſiſſe benignitate diuina remittat· Conſeruet in
nobis ad ſufficiens ſpaciū penitendi ſuarꝫ mu
nera graciarum fidei firmitatem· ſpei ſublimi
tatem· et ad homines latiſſimam caritatem·
Flectat ſuꝑbum arbitriū ad culparū ſuarū la
mentū· vt deploret tranſactas elationes va
niſſimas· et retractet īdignationes amariſſi
mas ac delectationes inſaniſſimas deteſtetur
Vigeat ſua virtus ī nobis cū noſtra defecerit
et qui noſtrū ingreſſū ſacro baptiſmate conſe
crauit gratuito· noſtrū proceſſum ad ſtatū a
poſtolicum ſublimauit· Laxetur a noſtro ſpiri
tu amor carnis· euaneſcat penitus metus mor
tis deſideret diſſolui et eſſe cum criſto· Et in
terris ſolo corpore conſtituti cogitatione ⁊ aui
ditate ī eterna patria ꝯuerſemur· Pater mīa
rū ⁊ deus tocius conſolationis filio de ſiliquis
reuertenti benignus occurrat· dragmam denu
o repertam recipiat et in theſauros eternos ꝑ
ſanctos angelos traſmittat· Caſtiget vultu
terrifico exitus noſtri hora ſpiritus tenebrarꝫ
ne latens in limine porte mortis leuiathan

ſerpens vetus inſidias īprouiſas calcaneo nrō
paret Cū vero ad tremēdū tribuāl fuerim⁹ ad
uocati · vt cuncta que corpore geſſim⁹ atteſtā
te conſciencia ēferamus · conſideret humaītas
iuncta deo effuſi ſui ſancti ſanguinis preciū ·
et aduertat diuinitas humanata carnalis na
ture figmentum vt ibi tranſeat fragilitas im
punita vbi clemens pietas cernitur infinita et
ibi reſpiret ſpiritus miſeri · vbi extat iudicis
proprium miſereri Amplius refugium ſpei noſ
tre poſt deum virginem et reginam theotocā
benedictam · noſtri ſemper ſtudentes ſalutati
onibus ſatagant frequentare deuotis vt qui
noſtra facinora triplicata meruimus iudicem
inuenire turbatum · per ipſius ſuffragia ſem
per grata mereamur eundem reperire placatū
Deprimat pia man⁹ brachiū eque libre qua
noſtra tam perua ꝙ̄ pauca merita penſabunt̄
ne quod abſit preponderet grauitas criminū
et dampnandos deiciat in abiſſum · Clariſ
ſimum autem meritis cuthbertum cuius gre
gem paſcendum indigni ſuſcepimus · omni
cultu ſtudeant venerari · deuote rogantes aſſi
due · vt ſuum quidem licet indignum vicari
um · precibus excuſare dignetur feliciter · et
quem ſucceſſorem admiſit in terris · procuret

48

effici conſeſſorem in celis. Puris deniqꝫ tā mē
tis q̄ꝫ corporis precibus rogent deum vt ſpiri
tum ad ymaginem trinitatis creatū. poſt pre
ſentis miſerie īcolatum ad ſuū reducat primor
diale prothotipū. ac eiuſdem concedat ꝑpetu
um fruibilis faciei ꝯſpectum. Per dominum
noſtrū ihesū criſtū A m e n . . .

Explicit. philobiblon. ſci. liber
de amore librorū Colonie īpreſ .
ſus anno dnī M cccc. lxxiiij. ꝛc. .

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

93

Biblioteka Jagiellońska
stdr0008815